

*tam; item duas ramas ferri cum suis vitibus; item duo quintalia et quadraginta libras materie pro lictis conficiendis ad pondus Avinionis; item plus unam formam cum matricis littere bastarde cum duodecim historiis suffragiorum in cupro; item tridecim historias in bosco pro Matutinis imprimendis ad et per tempus duorum annorum die prima mensis augusti proxime venturi incipiendorum et simili die finiendorum. Et hoc, pro loquerio sive precio universali pro dictis duobus annis, franchorum viginti quinque valoris cujuslibet ipsorum viginti solidorum turo-nensium solvendorum, scilicet : hinc ad unum annum medietatem, et in fine dictorum duorum annorum aliam medietatem.*

« *Promisitque ipse magister Micheletus prefato magistro Petro presenti et ut supra stipulanti hujusmodi locationem ratam habere et contra non venire seque nichil fecisse...*

« *Et vice versa dictus magister Petrus gratis... per se et suos... recognovit et confessus fecit habuisse et realiter recepisse... a dicto magistro Micheleto presente premissa omnia et singula locata, de quibus se contentum tenuit...*

« *Exceptioni... quictavit... promisitque et omnia et singula reddere et restituere eidem magistro Micheleto vel suis, predicta scilicet dictam formam cum matricis littere bastarde hinc ad tres menses proxime venturos et immediate sequentes, restam vero omnium et singulorum premissorum in fine dicti temporis duorum annorum, dictumque loquerium solvere modo et ordine quibus supra.*

« *Et fuit de pacto videlicet quod dictus magister Petrus Robauld teneatur et debeat prout sic promisit manutenere dictam pressam tempore predicto durante suis propriis sumptibus et expensis.*

« *Que omnia... pro quibus... renunciaverunt...*